



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XXVIII. An vita Eremitica sit probanda?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

& domum patris tui, & concupisces Rex de-  
corem tuum.

## XL I. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI in meo Lutherio-cal. p. 2. q. 66. Pro-  
fessio castitatis in religione non soluit matrimonium  
seu etiam consummatum.

CHRISTVS. i. Consummatum  
non solui posse docui, Mat. 19. Quos De-  
us coniunxit, homo non separet. Qui dimiserit  
uxorem suam, facit eam mechari. Vnde i.  
Cor. 7. Iis, qui matrimonio iuncti sunt, pra-  
cipio non ego, sed Dominus: Mulierem a viro  
non discedere: post Consummationem.  
Sic Patres.

2. Ratum duntaxat potest solui per  
monasticen professam, exempla sancto-  
rum approbat Deus.

## QVÆSTIO XXVIII.

An Vita EREMITICA sū pro-  
banda?

## XL II. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI & CALVINIANI culpant in  
Lea solitudinem, & Austeritatem. Vide me-  
um Lutherio-cal. p. 2. q. 67.

CHRISTVS. Eremiticen esse san-  
ctam, in meo docui Præcursorē & Ba-  
ptista Ioanne, inque Helia. Ille per eam  
tantus euasit, vt Mat. 11. Inter natos mu-  
lierum non surrexerit maior Ioanne. Et ipse,  
Luc. 1. præcessit ante me in Spiritu & virtu-  
te Heliae. Qui, 4. Reg. 1. vir qualis ac quan-  
tus?

2. De me quoque sic prodidit Lu-  
5. Ipse secedebat in desertum, & orabat. Ceu  
Moysen, Exo. 24. in montem ascendere  
solum iussit Deus, ei locuturus:

## QVÆSTIO XXIX.

An Monachis LABORARE necesse: & ne-  
fas MENDICARE?

## XL III. ANTICHRISTIANISMVS.

CALVINVS: suis solis vicitent laboribus

monachi, ex præcepto.  
CHRISTVS. i. Cūm Religiosi me  
vocante, Mei, Apostolorumque esse de-  
beant imitatores; Quidam in sola vita  
Cōteplatiua; Alij in Aetiuia sola; in Mix-  
ta alij: Vacare Deo quoq; Supplices soli i-  
plos quandoq; oportet: aut proximorū  
saluti, seu cōprecando, seu prædicando.  
In utroque sunt operarij & serui bo-  
ni. At, Mat. 10. Dignus est Operarius mer-  
cede sua: præsertim spiritu laborans.

2. Corporis autem labor, vt meus &  
Apostolorum, esse pro Vocationum va-  
riete potest in vinea mea, ac messa-

1. Ob quam & Ipse me cum Aposto-  
lis mulierum pietate sustētari permisi.

2. Quo constantius Apostoli, omis-  
sa piscatione sua ordinaria, ordinariam  
tenuere vocationem suam me sequen-  
do. Quin tamen & subinde repeterent  
piscationem; cum libebat, licebat; non  
sic verò, vt Piscatoriam profiterentur.  
Itaque Laborandi præceptum commu-  
ne omnibus volui; plus tamen, minusque  
alijs; alijsque aliter.

## XL IV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI teste Lutherio-cal. p. 2. q. 69. cum dam-  
natis olim haeticis, Vide in Genea p. 2. q. 16. damnationem spontancam colentibus mendicitatem de-  
nuntiant.

CHRISTVS. i. Egō, cūm essem di-  
ues, pauper factus sū; ideo, Luc. 9. Filium  
hominis non habet, vbi caput suum reclinet.  
Et testis idem Lucas, 6. Mulieres aliquae  
ministrabant ei de facultatibus suis:

2. Om.

